



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Luce circumfunditur. 47

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

inter ea loci opportunum credidit, si desiderium Palæstinæ, quo se ardere sentiebat, persequeretur. 46 Re deliberata, excedit Manresa & Barcinonē solus proficiscitur: comites, qui se multi obtulerant, sibi diuina cogitabundo, neque in humana ope nitenti, haud magnopere necessarios ratus. Simul eò peruenerat, vrbis templum ingreditur: ibi dum verba ad populum fiunt, inter puerorum stationē, sub arę gradibus adsidet. 47 Aderat cōmodum & primi nominis fæmina, Isabella Rosella; ea hominem peregrinum non vtique eum esse, quem se ferret, suspicata, insolitò mouebatur. Nam, quod multò post ipsa mihi commemorauit, IGNATHI sensit ora tunc radiare: seq̄, intimè percelli, ac velut vocē humana occultiorē accipere, qua eū accire iuberetur. 47 Obsecuta maiori mulier imperio, curat sub dimis-

dimissam cōcionem inuitari, suo-
 que hominem prandio adhiberi;
 quòd eam rem sibi volēti esse ma-
 ritus ostēderat. Ibi contendit op-
 portunè tanta vi de rebus diuinio-
 ribus, deq; celestium amore disse-
 rere **IGNATIVS**, vt inter modestiā
 eius ardoremque ad omnia dicē-
 tis verba vehementer obstupesce-
 rent. Hæc eadem Isabella, quòd
 cum Nauarcho conuenisse iam
 cōpererat, vt profecturus hospes
 lembulum ingrederetur, magno-
 pere dissuasit; tanquā futuri certa.
 49 Quippe is phaselus breui post
 in portu, inque ciuium ore, flucti-
 bus haustus, interiit; tracturus in
 cladem vtique & **IGNATIVM**, nisi
 conuentę morti fœmina interces-
 sisset. At ille grandiori nauigio ve-
 ctus, secunda tempestate quinto
 post die, quā Barcinone soluerat,
 Caietam appellitur. Inde Romam
 magnis itinerum difficultatibus
 con-